IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 68r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sed etiam in futuro vbi est eterna et pfecta laus

Ps 87 In quo de aduentu xpi qui singulare fidelium refugium est

Propheta in persona fidelium dicit nichil est timendu quoniam

Deus noster refugium et virtus ad que inter pssuras calamitatum confugimus et in quo ab omnibus piculis liberamur et in tribulacionibus seculi que nos plurimu fatigant adiutor validus est potens sufficienter nos defendere

Propterea quia talis est nobis inte securitas no timebimus dum in aduentu tuo in nouitate tanti miraculi turbabitur terra i generacio iudeorum et montes i apli relictis crudelibus iudeis transferunt ad predicandum gentibus vsq ad extrema maris

Cum aut apli egrederentur ad gentes barbaras et sono pdicacionis annunciarent ewngeliu xpi turbati sunt ppli turbati sunt excelsiores seculi ptates qui de eorum pdicacione fuerant pterrite visa fortitudine dei que assistebat aplis et alijs sanctis predicatoribus

Inter hos seculi fluctus et sonitus non timent qui ad diuinum auxilium refugiunt quia spiritus sancti inundacio letificat et consolatur leticia spirituali ecclesiam dei ea sua gra confirmando contra tribulacos que inferuntur ei quam altissimus sanctificat aqua baptismatis a uicijs abluendo et incrementa virtutu prestando

Letificat autem et sanctificat ecclesiam deus quia Deus in medio ecclesie habitans et omnibus equaliter consulens non separabitur ab ea sed semp in ea manebit supra firmam petram eam solidans adiuuabit eam

l'ascensu